36

populus dī · hi uidelic& qui audiunt mandata eius & preceptū
custodiunt quibus ipse tribuit facultatem calcandi super
serpentes & scorpiones & sup omnem potestatem inimici ·
O Remus ergo ut & nostri pedes tales sint tam speciosi tam ua
lidi · qui possint ~~ita~~ calcare ceruices inimicorum qui pos
sint ita calcare caput serpentis & ut calcaneum nrm
mordere non possint · Qui enim pugnat sub ihū duce ad
uersus contrarias potestates deb& &iam illud promere
inquid uniuersus populus ad ihm incolomis & non mutiuit
quisq: de filiis israhel in lingua sua · Uides ergo quia qui sub ihū
militat · incolomis deb& redire de proelio. nec ū quam deb&
ex iaculis maligni ignitis uulnus accipere · Non in corde
pollui non in cogitatione maculari · Non per iram · Non per
cupiditatem · non per aliam quamlib& occasionē locum de
monicis uulneribus dare · quod autem addidit quia nul
lus mutiuit in lingua sua · hoc mihi uidetur ostendi quia de uic
toria se nemo iactauit · ~~neque sibi im&~~ nemo suae uirtuti quia superauit adscribit · Sed scien
tes quia ihs uictoriam tribuit · ipsi in lingua non mutiunt ·
Quod bene intellegens apostolus paulus dicebat · non ego autē
sed gratia dī quae in me est · Puto autem quia ad hoc respiciat
illud dnī mandatum quo ait · Cum autem feceritis haec
omnia · dicite quia serui inutiles sumus · quod debuimus
facere fecimus · & in hoc enim simili modo rerū prospere
gestarum · uidetur prohibere iactantiam; sed marcion
ac ualentinus & bassilides · c&eriq: cum ipsis dum haec nolunt
sicut scō spū dignum ē intellegere · declinauerunt a fide
& inseruerunt se impietatib; multis alium dm̄ legis & aliū
mundi creatorem ac iudicem pferentes · uelut p haec quę
scripta sunt crudelem quod calcare hostium ceruices
quod de priorib; debellatorib; scribitur, & reuersus est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0079